14. Chamaeleon Parsonii. Cuv. — *Lacerta Chamaeleon.* Gmel. (*Var. δ.*) — *Chamaeleo Parsonii.* Cuv. Gray. Griff. Kaup. Dum. Bibr. — *Chamaeleon bifidus.* Merr. — *Chamaeleon Parsonii.* Wagl. — *Chamaeleo Madecassus.* Less.

Africa. Madagascar. Mauritius.

Mus. Paris. Londin.

15. Chamaeleon Brookesii. Gray. — *Chamaeleo superciliaris.* Kuhl. Wieg. — *Chamaeleo Brookesiana.* Gray. — *Chamaeleo Brookesii.* Gray. Dum. Bibr.

Africa. Madagascar.

Mus. Paris. Londin. Brookesian. londin. Berol.

2. Gen. BRADYPODION.

Lacerta. Linné. *Gmel.* — *Chamaeleon*. Gronov. Meyer. Schreibers. Merr. Fitz. Wagl. — *Chamaeleo* Laur. Brongn. Daud. Dum. Bory. Oppel. Cuv. Kuhl. Gray. Goldf. Griff. Wieg. Gravenh. Reuss. Less. Milne-Edw. Kaup. Dum. Bibr.

Pholidosis notaei heterogenea.

Aures sub cute latentes. *Pori* femorales et anales nulli. *Dorsum* cristatum.

Caput longiusculum; scutello occipitali indistincto. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares plus minus angulatae. *Nasus* non furcatus, inermis. *Nares* laterales, planae. *Gula* paleari pendulo, non compresso, vel denticulato, vel simplici. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis, aut denticulata, aut simplex. *Cauda* teretiuscula, continua, prehensilis, vel cristata, crista humili, denticulata, vel simplex. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digit*i palmarum duo, plantarum tres externi, simplices. *Scelides* fimbria destitutae.

1. **Bradypodion Pardalis.** — *Chamaeleo pardalis*. Cuv. Griff. Dum. Bibr. — *Chamaeleo niger*. Less.

Africa. Madagascar. Mauritius. Bourbon.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Londin.

2. **Bradypodion verrucosum.** — *Chamaeleo verrucosus*. Cur. Griff. Gray. Wieg. Dum. Bibr. — *Chamaeleon verrucosus*. Wagl.

Africa. Madagascar. Bourbon.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Lond. Soc. zool. londin. Berol.

3. **Bradypodion pumilum.** — *Lacerta Chamaeleon*. Linné. — *Chamaeleo bonae spei*. Laur. — *Lacerta pumila*. Gmel. — *Chamaeleo pumilus*. Daud. (Var. A. B. C.) Bory. Oppel. Kuhl. Gray. Wieg. Gravenh. Dum. Bibr. — *Chamaeleon tunicatus*. Schreibers. — *Chamaeleon margaritaceus*. Merr. — *Chamaeleon pumilus*. Schreibers. Fitz. Wagl. — Dwarf Cameleon. Griff.

Seba. I. 83. 5. *Fig. medioc. adult.*

Africa. Prom. bonae spei. Ias. *Scychellae*.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Londin. Berol. Vratisl.

4. **Bradypodion cucullatum.** — *Chamaeleo cucullatus*. Gray. Dum. Bibr.

Africa. Madagascar.

Mus. Londin.

II. Tribus. Pachyglossae. Wagl.

Iguanae. Gmel. *Uronectes* et *Eumérides*. Dum. *Agamoides* normaux et anormaux, et *Iguanoides*. Blainv. *Iguaniens*. Cur. *Gradientia* Ascalabotae. Merr. *Gradientia* tetrapoda communipedes, lingua inextensili. Haworth. *Stellionidae* *Agamidae*. Gray. *Iguanii*. Latr. *Lacertae*. Goldf. *Pneustoidea*, *Draconidea* et *Agamoidea*. Fitz. *Pteromolgae* et *Podosaurae* *Baenosaurae*. Ritg. *Stenocormae* *acrodontes*. Wagl. *Crassilingues* *Dendrophilae* *Emphyodontes*. Wieg. *Lacertiformes* *Stellionidae* *Iguanina* et *Agamina*. Bonap. *Pachyglossi* *Crassilingues* *Dendrobatae* *Emphyodontes*. Wieg. *Iguanoidei*. Milne-Edw. *Pachyglossi*. Kaup. *Pachyglossi* *Iguanidae* *Draconina*. Bonap. *Iguaniens* ou *Eunotes* *acrodontes*. Dum. Bibr.

Lingua evaginata, non emissilis. *Oculi* imperfecte mobiles. *Palpebrae* duae. *Costae abdominales* nullae. *Pedes ambulatorii*, *digitis juxtapositis*. *Pholidosis perfecta*, *squamosa*.

I. Fam. GONYOCEPHALI.

Truncus patagio laterali destitutus. *Dentes incisores* quinque, *laniarii* duo in maxilla superiore. *Squamae notaei* per series transversales dispositae.

Caput occipite non galeato. *Digit*i non dilatati. *Plica lateralis* nulla. *Cauda* longissima.

1. Gen. LYROCEPHALUS. Merr.

Lacerta. Linné. Gmel. Shaw. — Iguana. Laur. Meyer. Latr. — Agama. Daud. Kuhl. Boie. — Lophyrus. Dum. Oppel. Cloquet. Boie. — Lyriocephalus. Merr. Fitz. Kaup. Gray. Guér. Dum. Bibr. — Lyrocephalus. Wagl. Wiegman.

Aures sub cute latentes.

Pholidosis notaei heterogenea. *Pori* femorales et anales nulli. *Dorsum* cristatum.

Caput breviusculum, simplex; scutello occipitali indistincto. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares angulatae. *Nasus* non furcatus, tuberculatus. *Nares* laterales, planae. *Gula* paleari pendulo, non compresso, simplici. *Jugulum* transverse plicatum; plica angulata. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis, denticulata. *Cauda* compressa, subverticillata, laxa, cristata; crista humili, denticulata. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digit*i plantarum simplices. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei partim laeves, partim carinatae; abdominales planae, dorsalibus majores, carinatae. *Scutella* pilei subtuberculosa.

1. **Lyrocephalus scutatus.** Wagl. — Lacerta scutata. Linné. Gmel. — Iguana clamosa. Laur. — Iguana scutata. Meyer. Latr. — Agama scutata. Daud. Kuhl. Boie. — Lacerta superciliosa. Shaw. — Lophyrus furcatus. Dum. Oppel. — Lyriocephalus margaritaceus. Merr. Kaup. Guér. Dum. Bibr. — Lophyrus scutatus. Cloquet. Boie. — Lyriocephalus scutatus. Kaup. Gray. — Lyrocephalus scutatus. Wagl. — Lyrocephalus margaritaceus. Wiegman. — Lyriocephalus Macgregorii. Gray.

Seba. I. 109. 3. Fig. opt. jun.

Asia. Ceylon.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Berol.

2. Gen. GONYOCEPHALUS. Kaup.

Lacerta. Linné. Gmel. Shaw. — Iguana. Laur. — Agama. Cur. Merr. Kuhl. Boie. Gray. — Lophyrus. Cur. Boie. Fitz. Reuss. Dum. Bibr. — Calotes. Cur. — Gonyocephalus. Kaup. Wiegman. — Gonyocephalus. Wagl. Gray. — Corythophanes. Wagl. — Acanthosaura. Gray. — Tiaris. Dum. Bibr.

Aures apertae.

Pholidosis notaei heterogenea. *Pori* femorales et anales nulli. *Dorsum* cristatum.

Caput aut breviusculum, aut longiusculum, simplex; scutello occipitali distincto, parvo. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares vel arcuatae, vel angulatae. *Nasus* non furcatus, inermis. *Nares* laterales, planae. *Gula* paleari aut obsoleto, aut pendulo, vel non compresso, vel compresso, aut simplici, aut denticulato. *Jugulum* transverse plicatum; plica angulata. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi vel humilis, denticulata, vel alta, pectinata. *Cauda* vel subcompressa, vel compressa, continua, laxa, cristata; crista aut humili, denticulata, aut alta, pectinata. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digit*i plantarum denticulati. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei vel carinatae, vel partim laeves, partim carinatae; abdominales planae, dorsalibus majores, carinatae. *Scutella* pilei carinata.

a. **Acanthosaura.** Gray. *Caput* breviusculum. *Porcae* superciliares arcuatae. *Gula* paleari obsoleto, non compresso, simplici. *Crista* dorsi humilis, denticulata. *Cauda* subcompressa; crista humili, denticulata. *Squamae* notaei vel carinatae, vel partim laeves, partim carinatae.

1. **Gonyocephalus armatus.** Wagl. — Agama armata. Gray. — Calotes lepidogaster. Cur. — Calotes tropidogaster. Cur. — Acanthosaura armata. Gray. — Gonyocephalus armatus? Wagl. — Corythophanes armatus? Wagl. — Lophyrus armatus. Dum. Bibr.

Asia. Cochinchina.

Mus. Paris. Londin.

2. **Gonyocephalus Bellii.**— *Lophyrus Bellii. Dum. Bibr.*

Asia. India.

Mus. Paris. Bellian. Iondin.

b. **Gonyocephalus. Kaup.** *Caput breviusculum. Porcae* superciliares angulatae. *Gula* palleari pendulo, non compresso, denticulato. *Crista* dorsi humilis, denticulata. *Cauda* compressa; *crista* humili, denticulata. *Squamae* notaei partim laeves, partim carinatae.

3. **Gonyocephalus Kuhlii. Wagl.** — *Agama Kuhlii. Boie.* — *Lophyrus Kuhlii. Boie. Fitz.* — *Gonyocephalus Kuhlii. Wagl.* — *Gonyocephalus tigrinus. Wieg.* — *Lophyrus tigrinus. Dum. Bibr.*

Asia. Java.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Berol.

4. **Gonyocephalus tigrinus. Kaup.** — *Lacerta superciliosa. Liuné. Gmel.* — *Iguana chamaeleontina. Laur.* — *Lacerta scutata. Shaw.* — *Lophyrus scutatus. Cur.* — *Lophyre à casque fourchu. Cur.* — *Agama scutata. Cur.* — *Calotes cristata. Mus. Paris.* — *Agama tigrina. Merr. Boie.* — *Agama gigantea. Kuhl.* — *Lophyrus tigrinus. Boie. Dum. Bibr.* — *Gonyocephalus tigrinus. Kaup. Wieg.* — *Agama superciliosa. Gray.* — *Gonyocephalus tigrinus. Wagl. Gray.* — *Gonyocephalus giganteus. Wagl.* — *Corythophanes cristatus. Wagl.* — *Gonyocephalus superciliosus? Wagl.* — *Corythophanes superciliosus? Wagl.*

Seba. I. 100. 2. Fig. opt. adult.

Asia. India. Amboina.

Mus. Paris. Lugd. Bat.

5. **Gonyocephalus giganteus.** — *Agama gigantea. Boie.* — *Lophyrus giganteus. Boie. Fitz. Reuss.*

Asia. Java.

Mus. Lugd. Bat. Vindob. Francof.

c. **Lophosaurus.** (*Tiaris. Dum. Bibr.*) *Caput* longiusculum. *Porcae* superciliares arcuatae. *Gula* palleari pendulo, compresso, denticulato. *Crista* dorsi alta, pectinata. *Cauda* compressa; *crista* alta, pectinata. *Squamae* notaei carinatae.

6. **Gonyocephalus dilophus.** — *Calotes megapogon. Mus. Lugd. Bat.* — *Tiaris dilophus. Dum. Bibr.* — *Lophyrus dilophus. Dum. Bibr.*

Australia. Nova Guinea.

Mus. Paris. Lugd. Bat.

II. Fam. CALOTAE.

Truncus patagio laterali destitutus. Dentes incisores quinque, laniiarii duo in maxilla superiore. Squamae notaei per series obliquas dispositae.

Caput occipite non galeato. Digniti non dilatati. Plica lateralis nulla. Cauda longissima.

1. Gen. BRONCHOCELA. Kaup.

Lacerta. Lir. Gmel. — *Agama. Duud. Merr. Kuhl. Hasselt. Boie. Gravenh. Less.* — *Calotes. Cur. err. Boie. Fitz. Kaup. Wagl. Guér. Wieg. Reuss. Dum. Bibr.* — *Bronchocele. Kaw Gray. Dum. Bibr. Berthold.*

Aures ap. *tae. Dorsum* cristatum. *Por* *i* *anales* nulli.

Pholidos *notaei* homogenea. *Por* *i* *femorales* nulli.

Caput longiusculum, simplex; *scutello* occipitali distincto, minimo. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, inermis. *Nares* laterales planae. *Gula* palleari pendulo, non compresso, denticulato. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi vel alta, pectinata, vel humilis, denticulata. *Cauda* aut subcompressa, aut compressa, continua, laxa, cristata; *crista* vel humili, vel exigua, denticulata. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digniti* plantarum simplices. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei magnitudine aequales, aut carinatae, aut partim laeves, partim carinatae; abdominales planae, dorsales vel majores, vel aequales, carinatae. *Scutella* pilei vel carinata, vel laevia.

a. **Bronhocela**. *Crista* dorsi alta, pectinata. *Cauda* subcompressa; *crista* humili, denticulata. *Squamae* notaei carinatae; abdominales dorsalibus majores. *Scutella* pilei carinata.

1. **Bronhocela gutturosa**. *Kaup*. — *Lacerta* Calotes, *Linne*, *Gmel*. — *Agama* Calotes, *Daud*, *Kuhl*. — *Agama* gutturosa, *Merr*, *Boie*, *Gravenh*. — Calotes gutturosa, *Merr*, *Boie*, *Kaup*, *Wagl*, *Reuss*. — Calotes gutturosus, *Fitz*, *Wieg*. — *Bronhocela* gutturosa, *Kaup*. — Calotes jubata, *Dum*, *Bibr*. — *Bronhocela* jubata, *Dum*, *Bibr*.

Bontius, t. 58. *Fig. pess. jun.* — *Seba*, I. 89. 2. *Fig. opt. adult.* — I. 106. 2. *Fig. pess. jun.*

Asia, *India*, *Java*.

Mus, *Paris*, *Lugd. Bat.*, *Vindob.*, *Londin.*, *Berol.*, *Vratisl.*, *Francof.*, *Monac.*

2. **Bronhocela intermedia**, *Berthold*. — *Bronhocela* intermedia, *Berth.*

Asia, *Ins. Sundaicae*.

Mus, *Götting*.

b. **Lophodeira**. *Crista* dorsi humilis, denticulata. *Cauda* subcompressa; *crista* humili, denticulata. *Squamae* notaei carinatae; abdominales dorsalibus majores. *Scutella* pilei carinata.

3. **Bronhocela cristatella** *Kaup*. — *Agama* Calotes, *Daud*. — *Agama* gutturosa, *Merr*. — Calotes gutturosa, *Merr*, *Guér*. — *Agama* cristatella, *Kuhl*, *Boie*, *Gravenh*. — Calotes cristatella, *Boie*, *Kaup*, *Wagl*, *Reuss*. — Calotes cristellus, *Fitz*, *Wieg*. *Dum*, *Bibr*. — *Bronhocela* cristatella, *Kaup*, *Dum*, *Bibr*. — *Agama* Molluccana, *Less*.

Seba, I. 89 1. *Fig. opt. adult.*

Asia, *Java*, *Sumatra*, *Amboina*, *Bourou*.

Mus, *Paris*, *Lugd. Bat.*, *Vindob.*, *Londin.*, *Berol.*, *Vratisl.*, *Francof.*

c. **Pseudocalotes**. *Crista* dorsi humilis, denticulata. *Cauda* compressa; *crista* exigua, denticulata. *Squamae* notaei partim laeves, partim carinatae; abdominales dorsalibus aequales. *Scutella* pilei laevia.

4. **Bronhocela tympanistriga**, *Gray*. — *Agama* tympanistriga, *Kuhl*, *Hasselt*, *Boie*. — Calotes tympanistriga, *Boie*. — Calotes tympanistrigus, *Fitz*, *Wieg*. *Dum*, *Bibr*. — *Bronhocela* tympanistriga, *Gray*, *Dum*, *Bibr*.

Asia, *Java*.

Mus, *Paris*, *Lugd. Bat.*, *Vindob.*, *Berol.*, *Dresd.*

2. Gen. CALOTES. *Kaup*. (*Cuv.*)

Lacerta, *Linne*, *Gmel*. — *Iguana*, *Laurenti*. — *Agama*, *Daud*, *Merr*, *Kuhl*, *Boie*, *Harlan*, *Gravenh*, *Gray*. — Calotes, *Cuv*, *Merr*, *Boie*, *Fitz*, *Kaup*, *Wagl*, *Wieg*, *Dum*, *Bibr*.

Aures apertae. *Dorsum* cristatum. *Pori* anales distincti.

Pholidosis notaei homogenea. *Pori* femorales nulli.

Caput brevisculum, simplex; scutello occipitali distincto, minimo. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, inermis. *Nares* laterales, planae. *Gula* paleari obsoleto, non compresso, simplici. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis, pectinata. *Cauda* teretiuscula, continua, laxa, cristata; *crista* humili, denticulata. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digit*i plantarum simplices. *Sclerites* fimbria destitutae. *Squamae* notaei magnitudine aequales, carinatae; abdominales planae, dorsalibus vel majores, vel aequales, carinatae. *Scutella* pilei laevia.

1. **Calotes Ophiomachus**, *Merr*. — *Lacerta* Calotes, *Linne*, *Gmel*. — *Iguana* calotes, *Laur*. — *Agama* Calotes, *Daud*. — *Agama* Ophiomachus, *Merr*, *Boie*, *Gravenh*. — Calotes Ophiomachus, *Merr*, *Boie*, *Kaup*, *Wagl*, *Wieg*, *Dum*, *Bibr*. — *Agama* lineata, *Kuhl*.

Seba, I. 95. 4. *Fig. opt. adult.* — I. 95. 3. *Fig. bon. adult.* — I. 93. 2. *Fig. bon. adult.*

Asia, *India*, *Ceylon*, *Ins. Philippinae*.

Mus, *Paris*, *Lugd. Bat.*, *Vindob.*, *Londin.*, *Berol.*, *Vratisl.*, *Upsal*, *Monac.*

2. **Calotes Tiedemanni**, *Fitz*. — La gorge safranée, *Vau Ernest*. — *Agama* flavigularis, *Daud*, *Merr*, *Kuhl*. — *Agama* versicolor, *Daud*, *Merr*, *Kuhl*, *Boie*, *Gravenh*. — Calotes versicolor, *Cuv*, *Merr*, *Boie*, *Fitz*, *Wagl*, *Dum*, *Bibr*. — Calotes flavigularis, *Merr*. — *Agama* Tiedemanni, *Kuhl*. — *Agama* acanthocephala, *Kuhl*. — Calotes Tiedemanni.

Fitz. Kaup. Wieg.— *Agama vultuosa. Harlan. Gray.*— *Agama bilineata. Gravenh.*— *Agama subcompressa. Gravenh.*

Sebu. I. 93. 4. Fig. pess. adult. — *I. 92. 1. Fig. medioc. jun.*— *I. 72. 5. Fig. medioc. pull.*

Asia. India.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Londin. Berol. Vratisl.

3. *Calotes Rouxii.* Dum. Bib.— *Agama Indica. Gray.*— *Calotes Rouxii. Dum. Bib.*

Asia. India.

Mus. Paris.

4. *Calotes mystaceus.* Dum. Bibr.— *Agama minor. Gray.*— *Calotes mystaceus. Dum. Bibr.*

Asia. India.

Mus. Paris.

3. Gen. CERATOPHORA. Gray.

Ceratophora. Gray. Dum. Bibr.

Aures sub cute latentes. *Dorsum* integrum. *Pori* anales nulli.

Pholidosis notaei homogenea. *Pori* femorales nulli.

Caput breviusculum, simplex; scutello occipitali indistincto. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, cornutus. *Nares* laterales, planae. *Gula* paleari pendulo, non compresso, simplici. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* cristata. *Cauda* subcompressa, continua, laxa, simplex. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digiti* plantarum simplices. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei magnitudine aequales, carinatae; abdominales planae, dorsalibus majores, carinatae. *Scutella* pilei subtuberculosa.

1. *Ceratophora Stoddartii.* Gray. — *Ceratophora Stoddartii. Gray.* — *Ceratophora Stoddartii. Dum. Bibr.*

Asia. Ceylon.

Mus. Londin.

III. Fam. SEMIOPHORI.

Truncus patagio laterali destitutus. Dentes incisores tres, laniarii quatuor in maxilla superiore.

Caput occipite non galeato. Digitum non dilatatum. Squamae notaei per series transversales dispositae. Plica lateralis nulla. Cauda longissima.

1. Gen. SEMIOPHORUS. Wagl.

Sitana. Cur. Dum. Bibr. — *Semiophorus. Wagl. Wieg.*

Pori femorales nulli.

Pholidosis notaei homogenea. *Aures* apertae. *Pori* anales nulli. *Dorsum* integrum.

Caput breviusculum, simplex; scutello occipitali distincto, minimo. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, inermis. *Nares* laterales, planae. *Gula* marium paleari pendulo, compresso-complicato, denticulato; foeminarum cute adstricta. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* subcristata. *Cauda* teretiuncula, continua, laxa, simplex. *Palmae* pentadactylae, plantae tetradactylae. *Digitum* plantarum simplices. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei magnitudine inaequales, dorsali intermediae minores, carinatae; abdominales planae, dorsalibus aequales, carinatae. *Scutella* pilei carinata.

1. *Semiophorus pondicerianus.* Wagl. — *Sitana pondiceriana. Cur.* — *Semiophorus pondicerianus, Wagl. Wieg.* — *Sitana Ponticeriana. Dum. Bibr.*

Asia. India.

Mus. Paris.

2. Gen. CHLAMYDOSAURUS. Gray.

Chlamydosaurus. Gray. Wagl. Wieg. Dum. Bibr.

Pori femorales distincti.

Pholidosis notaei homogenea. Aures apertae. Pori anales nulli. Dorsum integrum.

Caput breviusculum, simplex; scutello occipitali distincto, minimo. Os temporum inerme. Orbitae inermes. Porcae superciliares arcuatae. Nasus non furcatus, inermis. Nares laterales, planae. Gula cute adstricta et in utroque latere paleari palliiformi amplissimo, compresso-complicato, denticulato, collum ambiente vestita. Jugulum non plicatum. Cervix subcristata. Cauda teretiuscula, continua, laxa, simplex. Palmae plantaeque pentadactylae. Digiti plantarum simplices. Scelides fimbria destitutae. Squamae notaei magnitudine inaequales, dorsales lateralibus majores, carinatae; abdominales planae, dorsalibus minores, carinatae. Scutella pilei carinata.

1. **Chlamydosaurus Kingii.** Gray.— *Chlamydosaurus Kingii. Gray. Wagl. Wieg. Dum. Bibr.*

Australia. Nova Hollandia.

Mus. Paris. Vindob. Londin.

IV. Fam. OTOCRYPTAE.

Truncus patagio laterali destitutus. Dentes incisores tres, laniarii duo in maxilla superiore.

Caput occipite non galeato. Digiti non dilatati. Squamae notaei per series transversales dispositae. Plica lateralis nulla. Cauda longissima.

1. Gen. OTOCRYPTIS. Wieg.

Otocryptis. Wieg. Wagl. Dum. Bibr.

Aures sub cute latentes.

Pholidosis notaei homogenea. Pori femorales et anales nulli. Dorsum integrum.

Caput breviusculum, simplex; scutello occipitali indistincto. Os temporum inerme. Orbitae inermes. Porcae superciliares angulatae. Nasus non furcatus, inermis. Nares laterales, planae. Gula paleari pendulo, non compresso, simplici. Jugulum non plicatum. Cervix integra. Cauda teretiuscula, continua, laxa, simplex. Palmae plantaeque pentadactylae. Digiti plantarum denticulati. Scelides fimbria destitutae. Squamae notaei magnitudine aequales, carinatae; abdominales planae, dorsalibus aequales, carinatae. Scutella pilei carinata.

1. **Otocryptis Wiegmanni.** Wagl. — *Otocryptis bivittata. Wieg. Dum. Bibr. — Otocryptis Wiegmanni. Wagl.*

Asia.

Mus. Berol.

V. Fam. LOPIURAE.

Truncus patagio laterali destitutus. Dentes incisores quatuor, laniarii sex in maxilla superiore.

Caput occipite galeato. Digiti non dilatati. Squamae notaei per series transversales dispositae. Plica lateralis nulla. Cauda longissima.

1. Gen. **LOPHURA**. Wagl. (Gray.)

Lacerta. Schlosser. *Hornstedt*. *Gmel*. *Shaw*. — *Basiliscus*. *Daud*. *Merr*. *Boie*. *Fitz*. *Gravenh*. — *Iguana*. *Péron*. *Mus. Paris*. — *Lophura*. *Gray*. *Wagl*. *Wieg.* *Kaup*. — *Istiurus*. *Cur*. *Reuss*. *Dum*. *Bibr*. — *Hydrosaurus*. *Kaup*. — *Histiurus*. *Eschholtz*.

Pholidosis notaei heterogenea.

Aures apertae. *Pori* femorales distincti, anales nulli. *Dorsum* cristatum.

Caput aut breviusculum, aut longiusculum, simplex; scutello occipitali distincto, mediocri. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, vel suberistatus vel inermis. *Nares* laterales, planae. *Gula* paleari aut obsoleto, aut pendulo, non compresso, simplici. *Jugulum* transverse plicatum; plica angulata. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis, pectinata. *Cauda* compressa, continua, laxa; aut cristata, crista humili, pectinata, aut velata, velo apophysis suffulto, denticulato. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digit*i plantarum vel denticulati, vel lomati. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei carinatae; abdominales planae, dorsalibus majores, vel carinatae, vel laeves. *Scutella* pilei carinata.

a. **Istiurus**. (*Cur*.) *Caput* breviusculum. *Nasus* inermis. *Gula* paleari obsoleto. *Cauda* cristata; crista humili, pectinata. *Digit*i plantarum denticulati. *Squamae* abdominales carinatae.

1. **Lophura Lesueurii**. *Gray*. — *Iguana* paramatensis. *Péron*. *Mus. Paris*. — *Lophura* Lesueurii. *Gray*. — *Istiurus* Lesueurii. *Dum*. *Bibr*.

Australia. *Nova Hollandia*.

Mus. Paris.

b. **Lophura**. *Caput* longiusculum. *Nasus* suberistatus. *Gula* paleari pendulo. *Cauda* velata; velo apophysis suffulto, denticulato. *Digit*i plantarum lomati. *Squamae* abdominales laeves.

2. **Lophura amboinensis**. *Gray*. — *Lacerta* amboinensis. *Schlosser*. *Gmel*. *Shaw*. — *Basiliscus* amboinensis. *Daud*. *Merr*. *Boie*. *Fitz*. *Kaup*. — *Lophura* amboinensis. *Gray*. *Wagl*. *Wieg.* *Kaup*. — *Istiurus* amboinensis. *Cur*. *Dum*. *Bibr*. — *Hydrosaurus* amboinensis. *Kaup*.

Asia. *Amboina*.

Mus. Paris. *Berol*. *Hal*. *Saxon*.

3. **Lophura pustulosa**. *Wagl*. — *Lacerta* javanica. *Hornstedt*. — *Lacerta* amboinensis. *Gmel*. (Var. β .) — *Basiliscus* amboinensis. *Daud*. *Merr*. *Boie*. *Fitz*. *Kaup*. *Gravenh*. — *Istiurus* amboinensis. *Reuss*. *Dum*. *Bibr*. — *Histiurus* pustulatus. *Eschholtz*. — *Lophura* pustulosa. *Wagl*. *Wieg.* *Kaup*. — *Lophura* pustulata. *Wieg.*

Boulus. t. 56. *Fig. pess. jun. foem*.

Asia. *Java*. *Manilla*.

Mus. Paris. *Lugd*. *Bat*. *Vindob*. *Berol*. *Vratisl*. *Francof*. *Monac*.

2. Gen. **PHYSIGNATHUS**. *Cur*.

Physignathus. *Cur*. *Wagl*. *Wieg.* — *Lophura*. *Gray*. — *Istiurus*. *Guér*. *Dum*. *Bibr*.

Pholidosis notaei homogenea.

Aures apertae. *Pori* femorales distincti, anales nulli. *Dorsum* cristatum.

Caput longiusculum, simplex; scutello occipitali distincto, mediocri. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, inermis. *Nares* laterales, planae. *Gula* paleari obsoleto, non compresso, simplici. *Jugulum* transverse plicatum; plica angulata. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi alta, pectinata. *Cauda* compressa, continua, laxa, velata; velo apophysis suffulto, pectinato. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digit*i plantarum denticulati. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei magnitudine aequales, carinatae; abdominales planae, dorsalibus majores, laeves. *Scutella* pilei tuberculoso-rugulosa.

1. Physignathus cochinchinensis. Wieg. — *Physignathus concinnus*, Cur. Wagl. — *Physignathus cocincinus*, Cur. — *Lophura Cuvieri*, Gray. — *Lophura cocincina*, Gray. — *Istiurus Cochinchinensis*, Guér. — *Physignathus Cochinchinensis*, Wieg. — *Istiurus physignathus*, Dum. Bibr.

Asia. Cochinchina.

Mus. Paris.

VI. Fam. DRACONES.

Truncus patagio laterali, costis spuriis sex prioribus suffulto, instructus.

Caput occipite non galeato. Digiti non dilatati. Dentes incisores quatuor, laniarii duo in maxilla superiore. Squamae notaei per series transversales dispositae. Plica lateralis nulla. Cauda longissima.

1. Gen- DRACO. Wieg. (Linné.)

Draco. Linné. Gronov. Laur. Gmel. Brongn. Blumenb. Latr. Daud. Dum. Péron. Cur. Oppel. Merr. Kuhl. Gray. Goldf. Boie. Fitz. Kaup. Wolf. Wagl. Gravenh. Reuss. Guér. Wieg. Less. Dum. Bibr.

Aures apertae.

Pholidosis notaei homogena. Pori femorales et anales nulli. Dorsum integrum.

Caput brevissimum simplex; scutello occipitali indistincto. Os temporum inerme. Orbitae inermes. Porcae superciliares plus minus angulatae. Nasus non furcatus, suberistatus. Nares vel laterales, vel superae, tubulosae. Gula palcari pendulo, non compresso, simplici, et in utroque latere palcari minori aequi modo formato vestita. Jugulum non plicatum. Cervix vel cristata, vel integra. Cauda teretiuscula, continua, laxa, simplex. Palmae plantaeque pentadactylae. Digiti plantarum simplices. Scelides in margine posteriore fimbria instructae; fimbria denticulata, vel maxima, vel parva. Squamae notaei aut magnitudine aequales, aut inaequales, dorsaliu intermediae majores, aut carinatae, aut laeves, aut partim laeves, partim carinatae; abdominales planae, dorsaliu aequales, carinatae. Scutella pilei carinata.

a. **Rhacodracon.** *Nares laterales. Cervix cristata. Fimbria scelidum maxima. Squamae notaei magnitudine aequales, partim laeves, partim carinatae.*

1. **Draco fimbriatus.** Kuhl. — *Draco fimbriatus*, Kuhl. Boie. Fitz. Wagl. Guér. Wieg. Dum. Bibr. — *Draco abbreviata*, Gray. — *Draco abbreviatus*, Gray.

Asia. Jara. India.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Londin. Berol. Monac.

b. **Draco.** *Nares laterales. Cervix cristata. Fimbria scelidum parva. Squamae notaei magnitudine inaequales, dorsaliu intermediae majores, partim laeves, partim carinatae.*

2. **Draco viridis.** Daud. — *Draco volans*, Linné. Gmel. Latr. Wieg. — *Draco viridis*, Merr. Boie. Fitz. Gray. Goldf. Kaup. Wolf. Wagl. Gravenh. Reuss. — *Draco Daudinii*, Dum. Bibr. — Mas: *Draco praepos.* Linné. Gmel. Wagl. — *Draco minor*, Laur. — *Draco viridis*, Daud. Kuhl. — Foem: *Draco fuscus*, Daud. Merr. Kuhl. Reuss. — *Draco bourouniensis*, Less.

Bontius, t. 59, f. sup. et infer. Fig. pess. adultior. — *Sebu*, I. 102. 2. Fig. medioc. adultior. maris. — II. 86. 3. Fig. bon. adult. foem.

Asia. Jara. Bourou.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Londin. Berol. Vratisl. Francof. Upsal. Dresd.

3. **Draco quinquefasciatus.** Gray. — *Draco* ? Boie. — *Draco quinquefasciata*, Gray. — *Draco quinquefasciatus*, Gray. Dum. Bibr. — *Draco viridis*, (Mas.) Wagl.

Asia. India.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Londin.

4. **Draco timoriensis.** *Péron.* — *Draco timoriensis.* *Péron. Kuhl. Boie. Fitz. Gray. Dum. Bibr.*

Asia. Timor.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob.

c. **Pterosaurus.** *Nares* superae. *Cervix* cristata. *Fimbria* scelidum parva. *Squamae* notaei magnitudine inaequales, dorsaliū intermediae majores, vel carinatae, vel partim laeves, partim carinatae.

5. **Draco Dussumieri.** *Dum. Bibr.* — *Draco* . . ? *Boie.* — *Draco Duvaucelii.* *Fitz.* — *Draco Dussumieri.* *Dum. Bibr.*

Asia. Bengala. Malabar.

Mus. Paris. Londin.

d. **Pleuropterus.** *Nares* superae. *Cervix* integra. *Fimbria* scelidum parva. *Squamae* notaei magnitudine aequales, laeves.

6. **Draco haematopogon.** *Boie.* — *Draco Reinwardtii.* *Boie.* — *Draco haematopogon.* *Boie. Gray. Dum. Bibr.*

Asia. Java.

Mus. Paris. Lugd. Bat.

2. Gen. DRACONTOIDIS.

Draco. Blumenb. Daud. Cur. Oppel. Merr. Kuhl. Gray. Boie. Fitz. Kaup. Wolf. Wagl. Gravenh. Less. Gerv. Dum. Bibr. — *Dracunculus. Wieg. Dum. Bibr.*

Aures sub cute latentes.

Pholidosis notaei homogenea. *Pori* femorales et anales nulli. *Dorsum* integrum.

Caput brevissimum, simplex; scutello occipitali indistincto. *Os* temporum inermis. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares angulatae. *Nasus* non furcatus, suberistatus. *Nares* superae, tubulosae. *Gula* paleari pendulo, non compresso, simplici, et in utroque latere paleari minori aequi modo formato vestita. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* cristata. *Cauda* teretiuscula, continua, laxa, simplex. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digit*i plantarum simplices. *Scelides* in margine posteriore fimbria instructae; fimbria denticulata, parva. *Squamae* notaei magnitudine inaequales, dorsaliū intermediae majores, partim laeves, partim carinatae; abdominales planae, dorsalibus aequales, carinatae. *Scutella* pilei subcarinata.

1 **Dracontoidis lineatus.** — *Draco* volans. *Blumenb.* — *Draco lineatus.* *Daud. Merr. Kuhl. Boie. Fitz. Gray. Kaup. Wolf. Wagl. Dum. Bibr.* — *Dracunculus lineatus.* *Wieg. Dum. Bibr.* — *Draco elegans.* *Gravenh.* — *Draco Amboinensis.* *Less.*

Asia. Amboina. Celebes. Archipel. indic.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Berol. Vratisl. Dresd. Hal. Saxon.

2. **Dracontoidis personatus.** — *Dracunculus personatus.* *Wieg.* — *Dracunculus spilopterus.* *Wieg. Dum. Bibr.* — *Draco spilopterus.* *Gerv. Dum. Bibr.*

Asia. Munilla.

Mus. Paris. Berol.

II. Sectio. Pleurodotes. *Wagl.*

Cordyli. Stelliones, Salamandrae et Ameivae seu Sepes. Gmel. Uronectes et Eumerores. Dum. Agamoides normaux et Iguanoides. Blainv. Iguaniens. Cur. Gradientia Ascalabotae. Merr. Gradientia tetrapoda communipedes, lingua inextensili. Harw. Stellionidae. Agamidae. Gray. Iguanii. Latr. Lacertae et Ascalabotae. Goldf. Pneustoidea et Agamoidea. Fitz. Podosaurae Baenosaurae. Rity. Stenocormae pleurodotes. Wagl. Crassilingues Dendrophilae Prosphydotes. Wieg. Lacertiformes Stellionidae Iguanina et Agamina. Bonap. Pachyglossi Crassilingues Dendrobatae Prosphydotes. Wieg. Iguanoidei. Milne-Edw. Pachyglossi. Kaup. Pachyglossi Iguanidae Iguanina. Bonap. Iguaniens ou Eunotes pleurodotes. Dum. Bibr.

Dentes tomiorum lateri interno agglutinati; palatini vel distincti, vel nulli; incisores et laninarii non discernendi.

Lingua evaginata, non emissilis. Oculi imperfecte mobiles. Palpebrae duae. Costae abdominales aut nullae, aut distinctae. Vertebrae vel antice concavae, postice condylis instructae, vel antice et postice concavae. Pedes ambulatorii, digitis juxtapositis. Pholidosis perfecta, squamosa.

I. Tribus. Thoracopleurae.

Costae abdominales nullae.

Dentes palatini vel distincti, vel nulli. Vertebrae antice concavae, postice condylis instructae.

I. Fam. CORYTHOPHANAEE.

Caput occipite galeato.

Truncus patagio laterali destitutus. Digiti non dilatati. Squamae notaei per series transversales dispositae. Plica lateralis nulla. Cauda longissima.

1. Gen. CORYTHOPHANES. Dum. Bibr.

Lacerta. Linné. Gmel. — Agama. Daud. Merr. Kuhl. Gravenh. — Lophyrus. Cuv. — Calotes. Merr. — Iguana. Gravenh. — Corythophanes. Boie. Kaup. Gray. Wagl. Wieg. Gravenh. Dum. Bibr. — Chamaeleopsis. Wieg. Wagl. Gray. Gravenh. Kaup.

Pholidosis notaei heterogenea.

Aures apertae. Pori femorales et anales nulli. Dorsum cristatum. Cauda continua.

Caput breviusculum; scutello occipitali indistincto. Os temporum vel aculei instar supra aures prominens, vel inerme. Orbitae inermes. Porcae superciliares plus minus angulatae. Nasus non furcatus, inermis. Nares laterales, planae. Dentes palatini distincti. Gula paleari obsoleto, non compresso, aut simplici, aut denticulato. Jugulum transverse plicatum. Cervix vel integra, vel cristata. Crista dorsi humilis, denticulata. Cauda subcompressa, laxa, simplex. Palmae plantaeque pentadactylae. Digiti plantarum simplices. Scelides fimbria destitutae. Squamae notaei partim laeves, partim carinatae; abdominales planae, dorsalibus majores, carinatae. Scutella pilei aut rugosa, aut laevia.

a. **Chamaeleopsis.** *Wieg.* Os temporum aculei instar supra aures prominens. *Gula* paleari simplici. *Cervix* integra. *Scutella* pilei rugosa.

1. **Corythophanes Hernandezii.** — Quatapalcatl seu Chamaeleo Mexicensis. *Hernandez.* — Cuapalcatl seu Chamaeleo Mexicanus. *Lyneus.* — Chamaeleopsis Hernandezii. *Wieg. Wagl. Gray. Gravenh. Kaup.* — Corythophanes mexicanus. *Kaup.* — Corythophanes Chamaeleopsis. *Wieg. Dum. Bibr.*

America. Mexico.

Mus. Vindob. Loudin. Berol. Vratisl. Klinkenberg. ultraject.

b. **Corythophanes.** *Boie.* Os temporum inerme. *Gula* paleari denticulato. *Cervix* cristata. *Scutella* pilei laevia.

2. **Corythophanes cristatus.** *Boie.* — Lacerta superciliosa. *Linné. Gmel.* — Agama superciliosa. *Daud.* — Lophyrus superciliosus. *Cuv.* — Agama cristata. *Merr.* — Calotes cristata. *Merr.* — Agama . . . ? *Kuhl.* — Corythophanes cristatus. *Boie. Kaup. Gray. Wagl. Wieg. Gravenh. Dum. Bibr.* — Iguana pileata. *Gravenh.* — Agama n. sp. *Mus. Vratisl.* — Agama chamaeleopsis. *Gravenh.*

Seba. 1. 94. 4. Fig. opt. adult.

America. Mexico?

Mus. Lugd. Bat. Vratisl. Dresd.

II. Fam. HYPHILOPHI.

Caput occipite non galeato. Plica lateralis nulla.

Truncus patagio laterali destitutus. Digiti non dilatati. Squamae notaei per series transversales dispositae. Cauda longissima.

1. Gen. BASILISCUS. Wagl.

Lacerta. Linné. Gmel. — Basiliscus. Laur. Lam. Dum. Daud. Oppel. Cur. Merr. Goldf. Fitz. Kaup. Gray. Wagl. Wieg. Dum. Bibr. — Iguana. Latr. — Ophryöessa. Gray. — Corythaeolus. Kaup. Wieg. — Oedecoryphus. Wieg. Wagl.

Caput mitratum.

Pholidosis notaei homogenea. Aures apertae. Pori formales et anales nulli. Dorsum cristatum. Cauda continua.

Caput longiusculum; scutello occipitali indistincto. Os temporum inerme. Orbitae inermes. Porcae superciliares arcuatae. Nasus non furcatus, inermis. Nares subverticales, planae. Dentes palatini distincti. Gula paleari obsoleto, non compresso, simplici. Jugulum transverse plicatum. Cervicæ cristata. Crista dorsi aut velata, velo apophysis suffulto, aut humilis, denticulata. Cauda compressa, laxa, aut velata, velo apophysis suffulto, aut cristata, crista humili, denticulata. Palmae plantaeque pentadactylae. Digiti plantarum lomati. Scelides fimbria destitutae. Squamae notaei magnitudine aequales, carinatae; abdominales planae, dorsalibus majores, vel laeves, vel carinatae. Scutella pilei carinata.

a. **Basiliscus.** *Laur. Crista dorsi velata; velo apophysis suffulto. Cauda velata; velo apophysis suffulto. Squamae abdominales laeves.*

1. **Basiliscus mitratus.** *Daud. — Lacerta Basiliscus. Linné. Gmel. — Basiliscus americanus. Laur. — Iguana Basiliscus. Latr. — Basiliscus mitratus. Daud. Merr. Goldf. Kaup. Wagl. Wieg. Dum. Bibr. — Mitred Basilisc. Gray.*

Sebu. I. 100. 1. Fig. opt. adult.

America. Guiana. Ins. Martinica. Mexico.

Mus. Paris. Berol.

b. **Corythaeolus.** *Kaup. Crista dorsi humilis denticulata. Cauda cristata; crista humili, denticulata. Squamae abdominales carinatae.*

2. **Basiliscus vittatus.** *Wieg. — Basiliscus vittatus. Wieg. Mus. Berol. Gray. Wagl. Dum. Bib. — Ophryöessa bilineata. Gray. Mus. britt. — Corythaeolus vittatus. Kaup. Wieg. — Pull: Oedecoryphus vittatus. Wieg. Wagl.*

America. Mexico.

Mus. Paris. Viindob. Londin. Berol.

2. Gen. HYLOSIAURUS. Mantell. (Fossile.)

Hylaeosaurus. Mantell. Bronn. — Hylosaurus. Fitz.

Caput . . . Nasus cornutus?) Dorsum cristatum. Crista dorsi velata, velo apophysis suffulto. Cauda velata; velo apophysis suffulto. Palmae plantae Squamae corneae, tuberculato-carinatae.*

Vertebrae colli 7?, dorsales . . . lumbales . . . pelvis . . .

1. Hylosaurus Mantelli.

Europa. Anglia. Fossile. E formationis secundariae periodo sylvarum (Wealden-Formation), in strato Arenae Hastingsianae (Hastingsund of Tilgate-Forest).

Mus. Londin.

*) Cornu a Mantello in eodem terrae strato repertum, quod ille inter Therosauri (Iguanodontis) reliquias numerat. ego si mea de Therosauri affinitatibus sententia confirmata fuerit, potius ad Hylosaurum referam.

3. Gen. **HYPSILOPHUS.**

Lacerta. Linné. *Gmel. Lacép. Bonnat.* — *Iguana*. *Laur. Brongn. Latr. Daud. Cuv. Gppl. Merr. Newc. Spix. Goldf. Fitz. Kaup. Guér. Gray. Griff. Eichw. Reuss. Wieg.* *Gracenh. Dum. Bibr.* — *Agama*. *Daud. Kuhl.* — *Brachylophus*. *Cuv. Guér. Gray. Wagl. Wieg. Dum. Bibr.* — *Amblyrhynchus*. *Bell. Gray. Wagl. Wieg.* — *Hypsilophus*. *Wagl. Wieg.* — *Metopoceros*. *Wagl. Wieg. Dum. Bibr.* — *Aloponotus*. *Dum. Bibr.* — *Amblyrhynchus*. *Dum. Bibr.* — *Ctenosaurus*. *Fitz.*

Caput simplex. Dorsum cristatum. Pori femorales distincti. Cauda continua.

Pholidosis notaei homogenea. *Aures* apertae. *Pori* anales nulli.

Caput aut longiusculum, aut breviusculum; scutello occipitali distincto, vel parvo, vel minimo. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, vel inermis, vel subcristatus, vel tuberculatus. *Nares* aut subverticales, aut laterales, vel planae, vel tubulosae. *Dentes* palatini distincti. *Gula* aut paleari pendulo compresso, aut obsoleto, non compresso, vel simplici, vel denticulato, aut cute laxa, non plicata. *Jugulum* vel non plicatum, vel transverse plicatum. *Cervix* aut integra, aut cristata. *Crista* dorsi vel humilis, vel alta, aut pectinata, aut denticulata. *Cauda* vel subcompressa, vel compressa, laxa, aut cristata, aut subcristata; crista vel alta, vel humili, vel exigua, aut pectinata, aut denticulata. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digiti* plantarum vel simplices, vel denticulati. *Scelides* fimbria destituta. *Squamae* notaei aut magnitudine aequales, aut inaequales, dorsales lateralibus majores, vel granulosae, laeves, vel tuberculosae, subtuberculosae aut tuberculo-granulosae, vel planae carinatae; abdominales dorsalibus majores, aut planae, vel laeves, vel carinatae, aut subtuberculosae, aut tuberculosae. *Scutella* pilei vel laevia vel tuberculosa.

a. **Aloponotus**. *Dum. Bibr.* *Caput* longiusculum; scutello occipitali parvo. *Nasus* inermis. *Nares* subverticales, planae. *Gula* paleari pendulo, compresso, simplici. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* integra. *Crista* dorsi humilis, pectinata. *Cauda* subcompressa, cristata; crista humili, pectinata. *Digiti* plantarum simplices. *Squamae* notaei magnitudine aequales, granulosae, laeves; abdominales planae, laeves. *Scutella* pilei laevia.

1. **Hypsilophus Ricordii**. — *Aloponotus Ricordii. Dum. Bibr.*

America. Ins. St. Dominici.

Mus. Paris.

b. **Metopoceros**. *Wagl.* *Caput* longiusculum; scutello occipitali parvo. *Nasus* tuberculatus. *Nares* subverticales, planae. *Gula* paleari pendulo, compresso, denticulato. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* integra. *Crista* dorsi alta, pectinata. *Cauda* compressa, cristata; crista alta, pectinata. *Digiti* plantarum denticulati. *Squamae* notaei magnitudine aequales, planae, carinatae; abdominales planae, carinatae. *Scutella* pilei laevia.

2. **Hypsilophus cornutus**. — *Lacerta cornuta. Lacép. Bonnat.* — *Iguana cornuta. Latr. Daud. Cuv. Merr. Fitz. Wieg.* — *Iguana tuberculata. Gray. (Var.)* — *Metopoceros cornutus. Wagl. Wieg. Dum. Bibr.*

America. Ins. St. Dominici.

Mus. Paris. Vindob.

c. **Hypsilophus**. *Wagl.* *Caput* longiusculum; scutello occipitali parvo. *Nasus* vel subcristatus, vel inermis. *Nares* subverticales, planae. *Gula* paleari pendulo, compresso, denticulato. *Jugulum* non plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi alta, pectinata. *Cauda* compressa, cristata; crista alta, pectinata. *Digiti* plantarum denticulati. *Squamae* notaei magnitudine aequales, planae, carinatae; abdominales planae, carinatae. *Scutella* pilei laevia.

3. **Hypsilophus nudicollis**. — *Lacerta Iguana. Linné. Gmel.* — *Iguana delicatissima. Laur. Eichw.* — *Iguana caerulea. Daud.* — *Iguana nudicollis. Cuv. Merr.*

Guér. Gray. Wieg. Dum. Bibr. — *Iguana sapidissima. Merrem.* (Var. α , β .) — *Amblyrhynchus cristatus. Wagl.*

Seba. I. 96. 4. Fig. medioc. adultior. maris. — *I. 96. 5. Fig. medioc. jun. foem.*

America. Ins. Guadelupia. Martinica. Brasilia.

Mus. Paris.

4. *Hypsilophus Rhinolophus.* *Wieg.* — *Lacerta Iguana. Linné. Gmel.* — *Iguana tuberculata. Wieg. (Var.)* — *Iguana rhinolophus. Wieg.* — *Hypsilophus rhinolophus. Wieg.* — *Iguana rhinolophus. Dum. Bibr.*

Nieremberg. t. 271. Fig. mala adult.

America. Mexico. Ins. St. Dominici.

Mus. Berol. Bonon. Gall.

5. *Hypsilophus tuberculatus.* *Wagl.* — *Lacerta Iguana. Linné. Gmel.* — *Iguana delicatissima. Laur. Daud. (Var. A. B.) Goldf. Kaup. Gravenh.* — *Iguana tuberculata. Laur. Cur. Fitz. Gray. Eichw. Wieg. Reuss. Kaup. Dum. Bibr.* — *Iguana sapidissima. Merr. (Var. α , β .) Neuw.* — *Hypsilophus tuberculatus. Wagl. Wieg.* — *Mas: Iguana squamosa. Spir.* — *Foem: Iguana coerulea. Daud. Cur. Spir. Fitz.* — *Iguana viridis. Spir.* — *Iguana emarginata. Spir.* — *Pull: Iguana minima. Laur.* — *Iguana Lophyroides. Spir.*

Seba. I. 98. 1. Fig. opt. adult. maris. — *I. 95. 1. Fig. opt. adultior. maris.* — *I. 97. 3. Fig. bon. adultior. maris.* — *I. 95. 2. Fig. opt. jun. foem.*

America. Brasilia. Guiana. Ins. St. Dominici. Martinica.

Mus. Paris. Lugd. Bat. Vindob. Londin. Berol. Vratisl. Francof. Upsal. Monac.

d. *Amblyrhynchus.* *Bell. Caput* breviusculum; scutello occipitali parvo. *Nasus* inermis. *Nares* subverticales, tubulosae. *Gula* cute laxa, non plicata. *Jugulum* transverse plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis, pectinata. *Cauda* subcompressa, cristata; crista humili pectinata. *Digit*i plantarum simplices. *Squamae* notaei magnitudine inaequales, dorsales lateralibus majores, tuberculosae; abdominales tuberculosae. *Scutella* pilei tuberculosa.

6. *Hypsilophus cristatus.* — *Amblyrhynchus cristatus. Bell. Gray. Wagl. Wieg.* — *Amblyrhynchus cristatus. Dum. Bibr.*

America. Mexico.

Mus. Berol. Bellian. londin.

7. *Hypsilophus ater.* — *Amblyrhynchus ater. Gray.* — *Amblyrhynchus ater. Dum. Bibr.*

America. Ins. Galapagos.

Mus. Londin.

e. *Conolophus.* *Caput* breviusculum; scutello occipitali minimo. *Nasus* inermis. *Nares* subverticales, tubulosae. *Gula* cute laxa, non plicata. *Jugulum* transverse plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis, denticulata. *Cauda* subcompressa cristata; crista humili, denticulata. *Digit*i plantarum simplices. *Squamae* notaei magnitudine aequales, subtuberculosae; abdominales subtuberculosae. *Scutella* pilei tuberculosa.

8. *Hypsilophus Demarlii.* — *Amblyrhynchus Demarlii. Dum. Bibr.*

America.

Mus. Bonon. Gall.

f. *Brachylophus.* *Cur. Caput* breviusculum; scutello occipitali parvo. *Nasus* inermis. *Nares* laterales, planae. *Gula* palari obsoleto, non compresso, simplici. *Jugulum* transverse plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis pectinata. *Cauda* subcompressa, subcristata; crista exigua, denticulata. *Digit*i plantarum denticulati. *Squamae* notaei magnitudine aequales, tuberculoso-granulosae; abdominales planae, carinatae. *Scutella* pilei laevia.

9. *Hypsilophus fasciatus.* — *Iguana fasciata. Brongn. Merr. Kaup. Wieg.* — *Agama fasciata. Daud. Kuhl.* — *Brachylophus fasciatus. Cur. Guér. Gray. Wagl. Wieg. Dum. Bibr.* — *Banded Iguana. Griff.* — *Ctenosaurus Sieberi. Fitz.*

Asia. India. — *Australia. Nova Guinea. Tongutabou.*

Mus. Paris. Vindob. Londin.

4. Gen. CYCLURA. Harlan.

Lacerta. Shaw. — *Uromastix*. Merr. — *Calotes*. Merr. — *Cyclura*. Harl. Gray. Fitz. Wagl. Wieg. Coct. Blainv. Dum. Bibr. — *Iguana*. Cuv. Gray. Blainv. — *Ctenosaura*. Wieg. Gray. — *Uromastix*. Gravenh.

Caput simplex. *Dorsum cristatum*. *Pori femorales distincti*. *Cauda verticillata*.

Pholidosis notaei homogenea. *Aures* apertae. *Pori anales nulli*.

Caput longiusculum; *scutello occipitali distincto*, vel *mediocri*, vel *parvo*. *Os* temporum inerme. *Orbitae* inermes. *Porcae* superciliares arcuatae. *Nasus* non furcatus, inermis. *Nares* subverticales, planae. *Dentes* palatini distincti. *Gula* cute laxa, plica transversa. *Jugulum* transverse plicatum. *Cervix* cristata. *Crista* dorsi humilis, aut pectinata, aut denticulata. *Cauda* vel subcompressa, vel teretiuscula, laxa, cristata; *crista* humili aut pectinata, aut denticulata. *Palmae* plantaeque pentadactylae. *Digiti* plantarum denticulati. *Scelides* fimbria destitutae. *Squamae* notaei magnitudine aequales, vel carinatae, vel laeves; abdominales planae, dorsalibus majores, aut carinatae, aut laeves. *Scutella* pilei vel carinata, vel laevia.

a. **Cyclura**. Wieg. *Scutellum* occipitale mediocre. *Crista* dorsi pectinata. *Cauda* subcompressa; *crista* pectinata. *Squamae* notaei carinatae; abdominales carinatae. *Scutella* pilei carinata.

1. **Cyclura carinata**. Harl. — *Cyclura carinata*. Harl. Gray. Wagl. Wieg. — *Iguana Cyclura*. Cuv. — *Iguana carinata*. Gray. — *Cyclura Harlani*. Coct. Dum. Bibr. — Jun: *Lacerta nebulosa*. Shaw. — *Iguana nubila*. Gray. — *Cyclura nubila*. Gray. Wieg.

Catesby. II. 64. Fig. mul. jun.

America. Carolina. Ins. Turcorum. Cuba.

Mus. Paris.

2. **Cyclura pectinata**. Wieg. — *Cyclura pectinata*. Wieg. Dum. Bibr.

America. Mexico.

Mus. Berol.

b. **Ctenosaura**. Wieg. *Scutellum* occipitale parvum. *Crista* dorsi denticulata. *Cauda* teretiuscula; *crista* denticulata. *Squamae* notaei laeves; abdominales laeves. *Scutella* pilei laevia.

3. **Cyclura denticulata**. Wieg. — *Ctenosaura cycluroides*. Wieg. Gray. — *Ctenosaura lanceolata*. Gray. — *Cyclura carinata*. Wagl. — *Cyclura denticulata*. Wieg. — *Uromastix serratus*. Gravenh. — *Cyclura acanthura*. Dum. Bibr. — Jun: *Cyclura semicristata*. Wieg.

Amer. Mexico.

Mus. Berol. Vratisl.

4. **Cyclura articulata**. Wieg. — *Cyclura teres*. Harl. Wieg. — *Ctenosaura armata*. Gray. — *Cyclura Sackii*. Wieg. — *Cyclura articulata*. Wieg. — *Iguana acanthura*. Blainv. — *Cyclura acanthura*. Blainv. Dum. Bibr.

Amer. Mexico. California.

Mus. Paris. Londin. Berol.

5. **Cyclura Shawii**. Wieg. — *Lacerta acanthura*. Shaw. — *Uromastix acanthurus*. Merr. — *Calotes acanthura*. Merr. — *Ctenosaura acanthura*. Gray. — *Ctenosaura Shawii*. Gray. — *Cyclura Shawii*. Wieg. — *Cyclura acanthura*. Dum. Bibr.

America.

Mus. Londin.

6. **Cyclura similis**. Wieg. — *Ctenosaura similis*. Gray. — *Cyclura similis*. Wieg.

America.

Mus. Londin.

7. **Cyclura Bellii**. Wieg. — *Ctenosaura Belli*. Gray. — *Cyclura Bellii*. Wieg.

America.

Mus. Bellian. Londin.

5. Gen. HYPHIBATUS.

Lacerta. Linné. Gmel. — *Iguana*. Laur. — *Agama*. Daud. Merr. Kuhl. Neww. Boie. Gravenh. — *Calotes*. Merr. Schinz. — *Lophyrus*. Spix. Less. Garn. — *Ophrytes*. Boie. — *Ophryessa*. Boie. Kaup. Fitz. — *Pneustes*. Kaup. — *Uraniscodon*. Kaup. — *Ophryoëssa*. Boie. Wagl. Griff. Guér. Wieg. Dum. Bibr. — *Plica*. Gray. — *Xiphosura*. Gray. — *Enyalus*. Wagl. Wieg. Dum. Bib. — *Hyphibatus*. Wagl. Wieg. — *Tapaya*. Gravenh. — *Hyphelopus*. Wieg. — *Uperanodon*. Dum. Bibr.

Caput simplex. Dorsum cristatum. Pori femorales nulli.

Pholidosis notaei homogenea. Aures apertae. Pori anales nulli. Cauda continua.

Caput breviusculum; scutello occipitali distincto, aut parvo, aut magno. Os temporum inermis. Orbitae inermes. Porcae superciliares arcuatae. Nasus non furcatus, inermis. Nares subverticales, subtubulosae. Dentes palatini vel distincti, vel nulli. Gula paleari obsoleto, non compresso, simplici. Jugulum transverse plicatum. Cervix cristata. Crista dorsi humilis, denticulata. Cauda aut compressa, aut teretiuscula, laxa, vel cristata; crista humili, denticulata; vel simplex. Palmae plantaeque pentadactylae. Digiti plantarum aut denticulati, aut simplices. Scelides fimbria destitutae. Squamae notaei vel magnitudine aequales, vel inaequales, dorsales lateralibus majores, aut carinatae, aut partim laeves, partim carinatae, aut laeves; abdominales planae, dorsalibus majores, vel carinatae, vel laeves. Scutella pilei aut carinata, aut laevia.

a. **Ophryoëssa**. Boie. *Scutellum* occipitale parvum. *Dentes* palatini distincti. *Cauda* compressa, cristata; crista humili, denticulata. *Digiti* plantarum denticulati. *Squamae* notaei magnitudine aequales, carinatae; abdominales carinatae. *Scutella* pilei carinata.

1. *Hyphibatus Boiei*.

America. Brasilia.

Mus. Vindob.

2. *Hyphibatus superciliosus*. — *Lacerta* superciliosa. Linné. Gmel. —

